



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Nodus. Necessitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## A R C U S.

## ACUTI DOLORES CAP. XI.

**P**Er arcum in Lunæ virginali forma expressæ manu positum tensumq; acuti dolores indicantur quia nullus intensior dolor quam partus, cui Lucina sive Luna præest, esse putatur.

## N O D U S.

## NECESSITAS. CAP. XII.

**P**Er nodum necessitas, Macrobio teste, significatur; quæ enim vincita sunt, seipsa dissolvere nequeunt, quod si nodo gladium adjicias, qui eum rescindat, fortunam, fatum & necessitatem virtute superari indicabis: quoniam Alexander Magnus, Gordium illum fatalemq; nodum gladio relidit, & sic fatum ipsum vicit, & vetus est dictum, *Sapiens dominabitur Astris.*

*Sic nodum pugna apud Virg. lib. 10. Aeneid. 6. Curvius in Exordio lib. 3. Ptolom.*

## CATENA AUREA HOMERICA.

## CONNEXIO RERUM HUMANARUM CUM DIVINIS, VEL DIVINÆ PROVIDENTIÆ VIS. CAP. XIII.

**D**ubium non est, quin Catena illa aurea HomERICA, quam pendere de cælo in terras Deum fuisse commemorat Iliados libro 8. his verbis: *Agedum, auream vestim e cælo sustendit e, caque cunctis Diis ac Dea apprehensa, me hinc detrahite in terra: nullo id quantumlibet nexu poteritis effigere.* At cum mihi facere irato libueris, in terras vos universos, & in maria usque detraham. Quin etiam circumligata a rege ad summitatem Olympi omnia supernè attollam, ut intelligatis quantum ego Deum simul atque homines ante cælo: dubium inquam, non est, vel Macrobio & Luciano testibus, quoniam rerum humanarum cum divinis connexionem, & commune quoddam vinculum, quo Deus & summus ille Pater, quum vult nos ad se trahit, mentesq; nostras in cælum attollit, quo nos alioqui propriis viribus, quanto libet conatu ascendere non possemus, significet: adeo ut qui mentem suam divinitus gubernari significare velit, is apte catenam hanc ex stella pendentem & contrahentem pingere possit. Ea est enim Divini afflatus, & igniculi illius, cujus Plato omnes homines participes esse voluit, vis, ut mentes ad creatorem convertat, & in cælum trahat. Dixit autem Plato, omnes homines ejus igniculi cælestis participes esse, quia qui ejus non sunt participes, quamvis formam corporis humanam habeant, non tamen homines sunt, sed belluis inferiores deterioresque. Et præterea connexio illa & alio modo intelligenda, ut eam interpretatur Macrobius; nam quæ modo diximus, ex Luciani Dialogis, cum Mercurium fingit de Jove propter hanc catenam conquerentem, ad factorum vim afflatumq; Divinum referuntur. Macrobius vero ait, catenam hanc sic conflatam esse, ut ex summo Deo mens manet, ex mente anima, quæ & condit & vita complet omnia quæ sequuntur, eunctaq; unus fulgor illuminat, & in universis apparet, justæ Peripateticorum sententiam, ut in multis speculis per ordinem positus vultus unus apparet. Cumq; omni continuis successibus se sequantur degenerantia per ordinem, inquit, ad imum meandi, inveniatur præcessus inventi, à summo Deo ad ultimam usque rerum sæcem, una se mutuis vinculis religans, & nullamquam interrupta connexio, quæ per catenam hanc significatur, quam Lucretius auream funem vocat, his verbis:

*Lib. 2.*

*Haud (ut opinor) enim mortalia sacra superne Aurea de cælo demisit funis in arva.*

SOLIS